

omni veste parietes, contra quam delatores nunciarant, vehementer probasset, quid arcis illis (quatuor erant) clauderetur, quaerit. Forte evenerat, ut eo ipso tempore, quo adventare Pontificem nunciatum Montalto est, ex iis arcis duas ille recluderet, neque otium aut cura, dum ad Pontificem festinat, iterum claudendi fuerat; elato ergo statim alterius operculo: libri, inquit, pauci quidem sunt, beatissime Pater, quos mecum Sanctam Agatham defero vel curae pastoralis adiumentum vel solitudinis solatium. Nihil tum ad ea Pontifex, nisi quod collaudato bibliothecae instruendae studio: an sancti Thomae suo iussu Romae nuper editi praeclara illa volumina coemisset, interrogavit. Neque expectato responso, bene homini iterum ac tertio precatus abiit paucosque post dies accersito rem totam, uti gesta erat aperuit. Eae res destinatos Montalto honores maturavere; sic omnino Pius erat. Destinata semel animo, si quis per malas artes oppugnaret, acrius ac festinantius urgebat. Proxima ergo Senatus amplissimi lectione in cardinalium collegium Montaltum cooptat anno salutis MDLXIX.

Cap. XI. Montalti dum cardinalis fuit vita et mores.

Fuerunt qui dicerent non aequum Montalto cardinali fuisse Gregorium, eo maxime argumento, quod constitutam cardinalibus minime locupletibus annuam a Pontificio fisso pensionem Montalto postremis sui Pontificatus annis persolvi vetuerat. Causam fuisse praeibent splendide aedificatam a Sixto in Exquilino villam. Eam enim cum praeteriret aliquando Gregorius, percontatus, cuius illa opus esset, ubi a cardinali Montalto exstructam audivit, nimirum, inquit, egeni cardinalis aedificatio haec esse minime videtur. Quare, ne egenis constituta stipendia in copiosos absumeret, Montaltum inter indigentes in posterum referri vetuit.

Cap. XII. Francisci Peretti caedes incredibili animi aequitate tolerata.

Qui viene menzionato di nuovo «Gregorii minus aequus animus» e ci informa, che era stato narrato, che il papa avesse detto ai cardinali: «Caverent magnum illum cinerarius, qua voce Montaltum a colore franciscani vestitus designabat». Dietro la descrizione del predominio di Montalto su se stesso, in occasione dell'uccisione del suo nepote osserva l'autore: «Ea animi aequitatis aditum Montalto ad Pontificatum aperuisse credita constanter est».

Cap. XIII. «Pontifex Maximus magna Patrum consensione declaratur».

Cfr. sopra p. 14, n. 6; p. 19, n. 1, 4.

Di un racconto del pontificato di Sisto V l'autore si astiene. Egli descrive nella seconda parte solo circa il suo carattere: 1° Gratia in benemerentes; 2° Pietas in Franciscanorum ordinem; 3° publica securitas. Da questo terzo punto Ranke (III, 71* s.) ha comunicato i passi più importanti della descrizione delle condizioni sotto Gregorio XIII. L'esposizione circa i provvedimenti di Sisto V è manifestamente più corta. Nella seconda parte l'autore menziona i rimproveri che vennero fatti a Sisto V per alcune nomine cardinalizie (cfr. sopra p. 168 s.).